fra plebe sancti Iherusalem[1] de Lucardo in ville que dicitur Albagnano et Roncognano manse II°[2], quę recte sunt per Giso et Guarno et Arnulfo; s. . . . . .[3] terra Valisana in loco qui dicitur Valle manse II°, que fuerunt recte per Roffridi et Petrus nepos eius, et tertia mansa, que est apsa[4], in loco qui dicitur Valli iusta villa que nunccupatur[5] Fabrica[6] et est recta per Alberto filius Teuzoni; in As . . . . .[7] per Azo massario; Scaccari mansa I, que detin. fil. Pini; in Meugnano in loco ubi dicitur Citine mansa I, que detinent Rainzo et Azo filii Petroni. Ęc autem supra scripta casa et curte domnicata et iam dictis casis et cassinis . . . .[8] et massariciis seo castellis et ęcclesiis sive curtis et pendiciis sive ripe et aquis et padulibus ad ipsa curte de iam dicto loco Marturi pertinent . . . . .[9] cas et vocabulas, ubicumque et qualicumque ideo tam casis et rebus domnicatis quam et c . . . . . .[8] et tributareis cum fundamentis et omnem ędeficiis[10] vel universis fabricis suarum seo curtis, ortalia, terris, vineis, olivetis, castanietis, quercietis, silvis, virgareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis[11], montibus, alpibus, rupibus, ra . . . .[8] ripis ac padulibus, omnia in omnibus rebus tam domnicatis quam et massariciis cum fundamentis et omnem edeficiis sive movile vel inmovile seo qui se moventibus, quantas ubique in qualibet locis vel vocabulis ad supra scripta casa et curte domnicata aet ad predictis casis et curtis seo cum pendiciis de ipsa curte de iam dicto loco Marturi pertinentibus seo a predictis castellis et ęcclesiis sive casis et curtis seo cassinis et casalinis atque sortis et rebus massariciis sunt pertinentibus vel reaspicientibus vel de supra dictis denominatis hominibus massariciis, sicut supra legitur, exinde ad manus suorum habere et detinere videntur, in integrum eas omnia, quod superius legitur, cum inferioribus et superioribus suarum seo cum accessionibus et ingressoras earum transacto nomine tibi deo et ipsius ęcclesię monast. beati sancti Michaelis archangeli offerre prevideor. Exscepto et antepono exinde omnibus casis et curtis seo casalinis atque sortis sive rebus domnicatis et massariciis, quantas ego, qui supra Ugo marchio, per venditionis car-

---

1) ‘ihrłm’. 2) Folgt durchstrichen: ‘ꝗ regu ꝑ giso’. 3) ‘similiter infra ipsam plebem’ B. 4) Folgen 1—2 Zeichen durchstrichen. 5) So. 6) Wie es scheint aus ‘Frebica’ korrigiert. 7) ‘Asciano mansa una, ubi dicitur Ulpaio, que fuit recta per Azo’ B. 8) Zeilenende zerstört. 9) Etwa 5 Zeichen unleserlich. 10) Geändert aus ‘ędif.’. 11) Folgt vielleicht ein Zeichen wie ‘i’, oder ‘c’ (= ‘cum’?).